



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 93. Zizimus datis ad Rhodiorum Magistrum literis recipi efflagitans

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

**Sacul. XV.** insuper sibi insidias strui edoceretur, cum  
A.C. 1482. exiguo suorum comitatu per incolissimas Montis Tauri angustias præcipi fuga saluti suæ consulere compellebatur, eumque cum suis copiis brevi Magnus Caramanus sequebatur.

## §. XCIII.

*Zizimus datis ad Magnum Rodiorum Magistrum literis recipi efflagitans.*

*Chalcond.  
loc.cit.l.12.*

*Leunclav.  
lib. 16.*

*Bosius lib. 13*

Inde Zizimus ad Magnum Rhodiorum Magistrum literas perscripsit, per quendam exploratæ fidei famulum delatas qui tamen a Turcis interceptus, ad Bajzethem ducebatur, ejusque jussu continuo trucidatus est. Re comperta Zizimus, relicto Monte Tauro, unacum Magno Caramano versus Lyciam ad marioram contendit; ast vix montium fauces ambo eluctabantur, cum jamjamerum copiæ ab Achmete Bassa undique cinctæ, immani clade profligantur. Juvenis iste Princeps novo hoc adversantis fortunæ casu pressus, Rhodum ad Magnum Magistrum duos Legatos mittere statuit. Adfuit ejus consilio opportuna sane occasio; fortuito enim vicina maris littora radebat minor quedam navis Equitibus propria: hac igitur conscientia Legati Rhodum contendeunt.

dunt. Cum itaque non modo Christia-  
næ Republicæ, sed etiam Equitibus Sæcul. XV.  
tanti Principis, qui & Mahometis II. A. C. 1482.  
hæres esset, salus atque felicitas satis  
proficia videretur, hinc in confessu pu-  
blico decretum, ut Zizimus non solum  
exciperetur, sed etiam præatoria navi ex  
hujus Ordinis ærario instructa unacum  
triremi, aliisque navigis ex infesto littore  
abductus, Rhodum advehoretur.  
Classis hæc prope maritimam Lyciæ oram  
procurrens, ibidem Zizimum exceptit;  
illuc enim fugere compellebatur,  
ut se se imminentि periculo subduceret;  
instabant quippe fratribus sui milites, qui-  
bus diserte inunctum, ut ubique terrarum  
Zizimum insequerentur, eumque vel vi-  
vum vel mortuum adducerent.

### §. XCIV.

*Zizimus Rhodum delatus, & perho-  
norifice exceptus.*

Ergo die quarta Julii hoc anno Zizi-  
mum Rhodiana classe delatum Equi-  
tes magna obsequiorum frequentia, in-  
gentique pompa excipiunt. Vix fratribus  
adventum Bajazethes intellexerat, cum  
illico pacem, quam Rhodienses ab eo sub  
primis imperii sui auspiciis efflagitabant,  
fancire animo constituit. Hunc in finem  
cunctas hujus Religionis naves a Lyciæ  
Pira-